Wissenschaftliche Beilage zum Programm des Königstädtischen Gymnasiums. Ostern 1883.

THEOPHRASTEA

SCRIPSIT

HERMANNUS DIELS

BERLIN 1883
R. Gaertners Verlagsbuchhandlung
Hermann Heyfelder

1883. Progr. Nr. 64.

THEOPHRASTEA

Theophrasti de characteribus libellus quem aureum olim appellitabant nunc tam plumbeus plerisque videtur, ut studium eius quondam laetissimum iam paene extinctum sit et intermortuum. adeo adulterata forma delicatiores huius aetatis aures offendit ac deterret nec per incertae memoriae tenebras ad Theophrastum Theophrasteum escendere certo adhuc gradu didicerunt. neque tamen desperandum mihi videtur, cum ne ea quidem quaestio quae est proxima nobis et facillima de codicum cognatione incohata recte nedum absoluta sit. nam quod hodie vel proletariis scriptoribus adhibere curae consueverunt, ut libros manu scriptos prius accurate conferant neque pedem proferre audeant nisi ita praeparati, id Theophrasto nondum contigit. etenim si Palatinum excipias, cuius tandem aliquando viri docti lectionibus ter quaterve repetitis certam tradidisse memoriam videntur, ceteri omnes codices non solum futtiles sed etiam probi neglegentissime sunt collati. quid ergo mirum fallaci fundamento labantes esse aedes superstructas? velut de Parisinis AB, quos prioris partis optimos esse libros consentiunt, acquiescunt fere in Needhami apparatu[1]), et quae postea accuratius tradebantur velut a Duebnero aliisque neque plena sunt et veris falsa atque adeo fabulosa admixta praebent[2]). quod intellexi cum anno 1878 Parisiis commoratus subinde, ut oculos perpetua Aristotelicorum lectione fatigatos reficerem, Theophrasti illos libros evolvi et quae digna visa erant notavi. haec subsiciva opera etsi omnibus numeris absoluta non est, tamen sufficit ad fundamentum iaciendum priorum conatibus paulo stabilius.

I

A Codex Parisinus 2977 saeculo decimo vel undecimo exaratus, membraneus, quadratus [0,23 × 0,17]. rhetorica excipiunt + *Θεοφράστου χαρακτῆρες* + : ∾ quibus index XV priorum capitum praemittitur. incipi f. 333[r] med. explici f. 335[v], ubi additur *περὶ τῶν τοῦ*

---

[1]) In praefatione editionis suae (Cantabrigiae MDCCXII) scribit: *hos omnes* (codices Parisinos) *summa fide contulit vir doctissimus et Graece admodum peritus D. Gulielmus Le Clerc; idque adeo accurate praestitit, ut ne minima quidem aut apicum aut literarum discrimina neglexerit* (!). Needhami brevitas non minus quam collatoris neglegentia turbas dedit. velut inde Hanovius I p. X eliciebat in Theophr. p. 124, 9 ed. Petersen. AB exhibere *παρακειμένων*. at extat *παραμένων*.

[2]) prodigii quidem instar est quod Duebnerus *μὲν* quod legitur p. 126, 14 Petersen. in Par. A explicandum censuit *μενὸν*, quod ne tirones quidem quid sit nesciunt (cf. infra p. 5 n. 10).

λόγου σχημάτων scriptio. in ultimo folio 344^{v} manu s. XIII scriptum est + *εἴ τις ἅπαξ γήμας πάλιν* (sic) *δεύτερα λέκτρα διώκοι | ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.* scriptura in Theophrasteis est minutissima atque compendiis refertissima, qua scholia solet exarare in ceteris libri sui partibus antiquarius. mantissae scilicet loco characterum tabula adnexa est. singulae paginae in hac parte codicis sunt 45 fere versuum ut f. 333^{r}, singuli versus litterarum 80 (non numeratis compendiorum apicibus). inter capita extant tituli rubro atramento picti. iota mutum adscribi solet, interdum falso ut *ἐπισημήινασθαι* p. 123, 21.

B Codex Parisinus 1983. saeculo decimo scriptus. membraneus, quadratus [0,25 × 0,21]. post florilegium et rhetorica scripti eodem quo A litterarum genere, sed paulo vetustiore, incipiunt f. 290^{v} rubro titulo *Θεοφράστου χαρακτῆρες* quem titulum index capitum idem qui in A excipit. explicit liber f. 292^{r}, ubi rhetorica quae in A significavi secuntur. paginae velut f. 291^{v} sunt 42 versuum, versus centenarum litterarum. folium ultimum est 295. iota mutum aut adscribi aut omitti solet atque saepius omittitur quam in A.

AB quin ex eodem exemplari descripti sint non dubitatur: adeo fideliter etiam in minoribus saepe rebus conspirant. sed uter melius et accuratius, hoc quaeritur. ac Petersenius (Theophr. ed. Lips. 1859) etsi in Praefatione ad codicem A inclinat p. 38 sq., tamen editionis suae formam magis ad B exegisse perspicuum est. accuratius de hac re disputavit F. Hanow *Symbolarum criticarum in Theophrasti characteres* priore (a. 1860) p. V sqq. qui tabula discrepantiae quae esset inter A et B proposita codicem A maioris fidei esse demonstrare conatus est. quem ita commodissime refellere visum est, ut eadem tabula sed correcta illa et completa proponeretur. numeri puri sunt Hanoviani, numeros litterulis auctos addita a nobis significare scito.

A	B
0a p. 121, 4 *τῶν* om.	*τῶν* habet
0b p. 121, 11 *σηνγράψαι* (superscr. *γ*)	*συγγράψαι*
0c p. 121, 22 *ἄρξομαι*	*καὶ ἄρξομαι*
1 p. 122, 4 *εἶναι ἐν τύπω*	*εἶναι ὡς τίπω* (sic)
1a p. 122, 6 *τοιοῦτός ἐστιν* (sic)	*τοιοῦτός τις*
2 p. 122, 7 *λαβεῖν*	*λαλεῖν*
2a p. 123, 1 *πιστεύης* (sic)	*πιστεύεις*
3 p. 123, 10 *γίνεται πλὴν ἢ σοί*	*γίνεται* (sic) *πλὴν σοί* (sic)
3a p. 123, 12 *ἐμπεσὼν* (sic) *λ^{ό},* (sic)	*ἐμπεσόντος λόγου*
3b p. 123, 17 *δυεῖν*	*δυοῖν*
3c p. 123, 18 *ἔσχες* (sic)	*ἔσχηκας*
3d p. 123, 19 *πρὸς τὰ ἔτη ἔχεις*	*ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη*
3e p. 123, 20 *μέλαινα*	*μέλαιναν*
3f p. 123, 23 *ὦσε*	*ὦσαι*
4 p. 123, 24 *ὡς μὴ οὐ*	*ὡς δεῖ* (sic) *οὐ*
4a p. 124, 1 *πεδίοις*	*παιδίοις*
4b p. 124, 2 *φιλήσας δὲ*	*φιλήσας*
4c p. 124, 4 *εἶναι φῆσαι*	*φῆσαι εἶναι*
4d p. 124, 5 *προσδραμὼν*	*προδραμων* (sine acc.)

A	B
4e p. 124, 7 *ἀμέλει καὶ*	*ἀμέλει δὲ καὶ*
5 p. 124, 13 *διαπίπτων* (προσ supra) *διαψιθυρίζειν*	*προσπίπτων ψιθυρίζειν*
5a p. 124, 25 *ἐγκώμειον*	*ἐγκώμιον*
6 p. 125, 2 *ἐπὶ τὸ δεῖπνον*	*ἐπὶ τῷ δείπνῳ*
6a p. 125, 6 *θάλασσαν*	*θάλατταν*
[7 p. 125, 7 *πλεῖον* habet uterque]	
7a p. 125, 9 *δάμιπος*	*δάμιππος*
7b p. 125, 10 *μεγίστοις*	*μεγίστην*
7c p. 125, 11 *ἡμ* (ε supra) (sic, *ἡμέρα?*)	*ἤμεσε*
7d p. 125, 17 *ἀπαλάττεσθαι*	*ἀπαλλάττεσθαι*
8 p. 125, 18 *μήτε σπουδὴν μήτε σχολὴν*	*μήτε σχολὴν μήτε σπουδὴν*
8a p. 125, 22 *ἀγροῖκος*	*ἄγροικος*
8b p. 125, 22 *οἷον*	*οἷος*
8c p. 125, 24 *θυμοῦ*	*θύμου*
8d p. 126, 4 *μὲν* om.	*μὲν*
9 p. 126, 5 *ἐκπλήττεσθαι ἐ(ν) ὅτ' ἂν*	*ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς, ὅταν*
9a p. 126, 13 *παρὰ τούτου*	*παρά του*
[10 p. 126, 14 *μὲν* uterque habet cf. p. 3[2]]	
11 p. 126, 15 *καὶ εἰ τὸ*	*καὶ τὸ*
11a p. 126, 16 *τῆς νυκτὸς*	*τοῦ νυκτὸς*
11b p. 127, 6 *τοιοῦτός ἐστι*	*τοιοῦτός τις*
11c p. 127, 6 *πόρρωθε προαγορεύσας*	*πόρρωθεν προσαγορεύσας*
11d p. 127, 13 *κεκλημένοι* ut videtur	*κεκλημένος*
11e p. 128, 13 *τοιοῦτός ἐστιν*	*τοιοῦτός τις*
11f p. 128, 13 *ὀμόσαι*	*ὀμόσαι*
11g p. 128, 17 *χορῶι* (ω supra)	*χορῷ*
12 p. 128, 21 *ἐργασίαν αἰσχρὰν*	*αἰσχρὰν ἐργασίαν*
12a p. 129, 4 *τὴν ἀρχὴν*	*ἀρχὴν*
12b p. 129, 5 *οὐ καλῶς*	*οὐκ ἄλλως*
12c p. 129, 7 *τὰς δὲ*	*ταῖς δὲ*
12d p. 129, 12 *ἡμιβόλια*	*ἡμιωβόλια*
12e p. 129, 13 *τὰ δὲ ἰχθυοπώλια*	*τὰ ἰχθυοπώλια*
12f p. 129, 14 *ἐμπολήματος*	*ἐμπωλήματος*
13 p. 129, 16 *εἰς λοιδορίαν*	*πρὸς λοιδορίαν*
13a p. 129, 20 *τοιοῦτός ἐστι τίς*	*τοιοῦτός τις*
13b p. 129, 22 *οὐδὲν*	*οὐθὲν*
[14. 15 p. 129, 23 *ἀποκριναμένῳ ἐπιβάλλειν* habet uterque]	
15a p. 130, 4 *ἐμοὶ* om.	*ἐμοὶ*
15b p. 130, 7 *ἀθρόους*	*ἀθρόους καὶ*

	A	B
16	p. 130, 16 εἶπας εὐδοκίμησαν	εἶπεν εὐδοκίμησαν
16a	p. 130, 24 δόξειεν ἄν	δόξειεν
17	p. 130, 27 ὑμᾶς	ἡμᾶς
17a	p. 131, 10 εὐωχῆσαι	εὐωχήσειν
17b	p. 131, 12 παραγεγονὼς	παραγεγονὸς
17c	p. 131, 15 δὲ om.	δὲ
17d	p. 131, 16 μάχην	μάχη
18	p. 131, 19 ἐπεντείνει	ἐπεντείνειν (in mrg. ἐπεντείνει)
18a	p. 131, 22 αὐτὸν	αὐτῶν
19	p. 131, 25 καὶ ταῦτα πάντα διεξιὼν	καὶ πάντα διεξιὼν (sic)
20	p. 131, 25 οἴεσθαι	οἴεσθαι πιθανῶς
21	p. 132, 1 δεῖ τ' αὐτόν γε	δεῖ δ' αὐτόν γε
22	p. 132, 2 προσδεδραμηκέναι	προσδεδράμηκε
22a	p. 132, 3 τί	τί ποτε
22b	p. 132, 4 οὐ γὰρ καὶ μόνον	οὐ γὰρ μόνον
22c	p. 132, 5 ἀπαλάττιουσι	ἀπαλλάττουσι
23	p. 132, 17 κέρδους εἵνεκα	ἕνεκα κέρδους
24	p. 132, 18 ἀποστερεῖται	ἀποστερεῖ
25	p. 132, 22 ἄρτον καὶ κρέας ἄρας	ἄρας κρέας καὶ ἄρτον
26	p. 132, 23 τιμιώτατε (τιμιω, superscr. τ̃)	τίμιε
27	p. 133, 6 τοὺς ὡς εἰς τὴν	τοὺς εἰς τὴν
27a	p. 133, 10 ἀποφέρειν	φέρειν
28	p. 133, 11 προσελθεῖν	προσελθὼν
[29	p. 133, 13 αὐτοῦ habet etiam A neque ulla	apparet correctio]
29a	p. 133, 19 ἀριθμεῖν τὲ κύλικας	ἀριθμεῖν τε κοίλικας
29b	p. 134, 2 τοὺς κιβωτοὺς	τὰς κιβωτοὺς
29c	p. 134, 5 κήπου	σκοποῦ
30	p. 134, 7 κειμένων	πεπτωκότων
31	p. 134, 9 τὰς δημότας	δημότας (sic om. artic.)
31a	p. 134, 10 μηδὲν	μηθὲν
31b	p. 134, 16 ἰδᾶν	ἰδεῖν
31c	p. 134, 19 ὑποδομένους, corr. ut videtur in ὑποδουμένους	ὑποδυομένους
31d	p. 134, 21 ῥυπαίνητε	ῥυπαίνηται
31e	p. 134, 22 βδελυρία	βδελυρίας
31f	p. 135, 1 παύονται	παύωνται
31g	p. 135, 2 οἱ λοιποί	οἱ πολλοί, superscr. λοιποί
32	p. 135, 3 μεταστραφῆναι ποιήσηι	ποιήσῃ μεταστραφῆναι
33	p. 135, 5 καὶ τὰ μύρτα	ἢ τὰ μύρτα
33a	p. 135, 15 β̄	ιβ̄
33b	p. 135, 20 αὐτὸν	αὐτόν

	A	B
33c	p. 135, 25 *μεμαθηκόταςκαὶἀναλίσκοντας* (ex p. 136, 1 praecepta verba *κ. ἀναλ.* circumpunxit)	*μεμαθηκότας*
33d	p. 136, 20 *μαλακιζομένωι*	*καλλωπιζομένω*
34	p. 137, 2 *ἔστι δὲ καὶ*	*ἔστι καὶ*
34a	p. 137, 3 *λόγωι*	*λόγοις*
34b	p. 137, 4 *τις ταῖς*	*ταῖς*
35	p. 137, 17 *κόπους*	*κόπον*
35a	p. 137, 22 *ἐξενεχθῆναι*	*ἐξενηνέχθαι*
35b	p. 137, 27 *μοι παρέσχε*	*μοι μὴ πάρεχε*
35c	p. 138, 5 *ἀκουσίως*	*ἑκουσίως*
35d	p. 138, 9 *δεινὸς*	*δεινὸν*
35e	p. 138, 10 *ἀναμεῖναι*	*ἀναμῆναι*
35f	p. 156, 3 *ἀποδεδόσθαι*	*ἀποδόσθαι*
35g	p. 156, 10 *τὸ μέρος τὸ αὐτοῦ*	*τὸ μέρος τὸ μέρος* (sic) *τὸ αὐτοῦ*
35h	p. 156, 11 *εἶπεν* (*εν* supra lituram)	*εἰπὼν*
35i	p. 156, 21 *δραχμαῖς*	*δράγμαις*, ead. m. corr. *δραγμῶν*
35k	p. 156, 11 *λάβοιεν*	*λάβωσι.*

En habes pro Hanovii 35 lectionibus (ex quibus quinque 7. 10. 14. 15. 29 omnino eximendae sunt ut falso notatae) 110 nostras. inter has sine dubio praeferenda codicis B memoria 65 locis (44 gravioribus, 21 levioribus), contra codicis A 15 (10 gravioribus, 5 levioribus)[1]). his addendi sunt septem corrupti utrimque loci, in quibus quater (4. 7c. 26. 31c)[2]) codicis B virtus probatur, ter alterius (11. 27. 31). praeterea compluribus locis exemplar utrique commune varietate lectionum sive potius coniecturarum ornatum erat[3]). quo ex thesauro uter librarius meliora elegerit videamus. p. 131, 19 (n. 18) verum est *ἐπεντείνειν* quod in textu recte servavit B superscripto signo ∻ cui

---

[1]) G r a v i o r e s locos in B melius servatos affero Oc. 1 [compendia *εν* et *ως* A confundit. Hanovius I, p. VII contra disputat falsa memoria deceptus]. 1a [cf. 11b. 11e. 13a et Hanovii *Symbolae* alterae p. XVII] 2. 2a [*πιστεύῃς* vulgata lectio ferri nequit. indicativum *ἐπίστευσας* postulabat Cobetus. at recte se habet etiam *πιστεύεις*]. 3a. 4d. 6. 7b. 8b. 8d. 9 [cum extet omissorum vocabulorum vestigium in A, concidit Hanovii ratio recte omissa defendentis] 9a. 11b. 11c. 11d. 11e. 12b. 12d. 12e. 13a. 15a. 15b. 16a [mirifice Cobetus, qui Parisinum utrumque 'quanta posset diligentia cum pulvisculo' contulisse se refert (Mnem. II N. S. II 28), *ἂν* hoc loco s u a a u c t o r i t a t e delevit librarios simul acriter culpans] 17. 17a. 17c. 17d. 20. 21. 22a. 22b. 24 [*ἀπεστέρηκε* vel *ἀπεστέρησε* Hanovii non propius abest ab A quam a B. sed nihil mutandum]. 28. 29b. 31b. 31e. 33. 34a. 34b [*τις* dittographia est insequentis *ταῖς* nec Cobetianum *τι* probandum]. 35b. 35c. 35f. 35k, l e v i o r e s 0b. 3b. 3e. 3f. 4a. 5a. 6a. 7a. 7d. 8a. 8c. 11f. 11g. 13b [sic *οὐθὲν* uterque p. 131, 9. *μηθὲν* B p. 134, 10, alias vulgaris forma obtinet]. 31a. 31d. 31f. 33a. 33b. 33c. 35g [servat *αὐτοῦ*, iterata neglego].

g r a v i o r e s A sibi vindicat 11a [cf. p. 125, 1. 137, 8]. 12a. 12c 16 [cf. Hanow I p. VII]. 27a. 29c. 33d. 34. 35a. 35d, l e v i o r e s 12f. 17b. 29a. 35e. 35i, qui fere in itacismi erroribus se continent. obiter mendum ex itacismo partim ortum eximam c. 11. *ἔστι γὰρ* (*βδελυρία*) *παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιστος.* an *παιδιὰ κρυπτὴ τοῦ βδελυροῦ* cogitari potest? lege *ἀναίδεια ἐπιφανὴς* i. e. impudicitia cynici, *οἷος ἀπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον.*

[2]) verum est *ὑπολυομένους* (em. codd. MR) cf. Cobetus. Mnemos. II 45. Hanow I p. XII.

[3]) cf. p. 126, 7 *δεινὸς* (superscr. *ῶ*), ubi *δεινῶς* est falsa coniectura. nonnulla in continuum inserta velut p. 138, 5. 10. duplex eiusmodi scriptura quin ex archetypo omnium codicum repetenda sit, dubitari nequit. nam Palatinus similes

in margine eodem signo respondet Ϟ (i. e. *ἐπεντείνει*). hanc pessimam coniecturam nihil cunctatus recepit A. eodem modo peccavit p. 135, 2 (n. 31 g) *συρίττειν οὓς ἡδέως θεωροῦσιν*
λοιποὶ
οἱ πολλοί. geminam scripturam fideliter servavit B. unde verum est *οἱ πολλοί*, variatum ad praecedentis versiculi similitudinem *οἱ ἄλλοι.* at pravum iterum codici A placuit. cui melius res cessit p. 124, 13 (n. 5). genuinum est *προσπίπτων διαψιθυρίζειν.* at exemplaris scriptor *δια* omissum primo supra versum addidisse videtur atque id quidem propius ad *προσπίπτων* quam ad *ψιθυρίζειν.* hinc codicis A librarius, ut erat in arripiendis emendationibus promptior incohavit *διαπίπτων*, mox errore animadverso *διαψιθυρίζειν* recte continuavit prioremque vocem supra scripto *προς* refinxit. contra alter librarius supervacaneam arbitratus praepositionem *δια*, interpolationem suspicatus scripsit *προσπίπτων ψιθυρίζειν.* quam prudentiam non vituperabimus.

Ergo si summam facias septuagies semel codex B genuina servavit, undevicie ns codex A. unde quid consequatur unicuique puto in propatulo esse, ut discrepantibus AB si aliunde diiudicari nequit maius momentum codici B tribuamus. eiusmodi loci dubii sunt, ubi variat verborum positura n. 3d. 4c. 8. 12. 25. 32. hi igitur omnes aliis causis deficientibus ad potioris codicis B normam exigendi sunt. eidem parebimus haud gravate in eis, quae sub n. 0a. 3. 3c. 4b. 4e. 23. 35 congessi. sed restant n. 13. 18a. 19. 22. 22c. 30. 35h, qui loci accuratam sibi poscunt quaestionem.

13. p. 129, 16. quod A exhibet *στόμα εὔλυτον ἔχοντες εἰς λοιδορίαν* optime adiuvit Hanovius adlatis Critiae versibus (fr. 2 B.) *εἶτ' ἀπὸ τοιούτων πόσεων γλώσσας τε λύουσιν εἰς αἰσχροὺς μύθους.* sed extat *εὔλυτον* apud Theophrastum (sive potius concinnatorem Byzantinum, cuius ista appendicula est), in quo vocabulo ut in aliis mature obscurata est verbi vis, unde ad similitudinem verborum velut *ἕτοιμος* vel *χρήσιμος* struitur cf. Diodor. III 22, 2 *τὰς στροφὰς ἔχουσαι πρὸς τὰς εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη κινήσεις εὐλύτους.* eiusdem generis sunt *εὔτονος πρὸς κίνδυνον, εὐσταλὴς πρὸς πόλεμον, εὔστομος πρὸς θεούς, εὐπαθὴς πρὸς τὸ πῦρ, εὐτρεπὴς πρὸς πολιτείαν.* in omnibus his etsi praepositionis *εἰς* usus non excluditur, tamen proprium est *πρός* atque eatenus codicis B lectio *πρὸς λοιδορίαν* praeferenda.

18a. p. 131, 20. *εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν. ὁρᾶν γὰρ αὐτὸν πάντων μεταβεβληκότα.* *αὐτόν* ex codice A receptum vereor ut ferri possit. nam nihil momenti est in pronomine, praesertim cum *αὐτῷ* v. 19 praecesserit, neque accusativus recte se habet[1]). melius est quod B praebet *αὐτῶν*, *eorum qui pugnae interfuerunt*, tolerabile sane in eo loco qui manifesta Byzantini vestigia prodit. velut sermonis directi formae *διηγεῖται δέ, φήσει, λέγει δ'* hic et ubicumque apparent (librariorum menda excipio) noviciae originis certa dico indicia[2]). hinc difficilior evadit etiam haec quaestio:

---

habet *παρενθέσεις.* uno loco et Palatinus et AB servarunt scholion antiquum inter versus p. 156, 17 ubi legendum est *Φειδωνείῳ μέτρῳ* (schol. *πύνδακα ἐγκεχρουσμένῳ*) *μετρεῖν κτλ.* eadem medicina vexatus ille locus p. 146, 18 sanatus videatur ab Hanovio II, VIII *καὶ τὰ ὑποδήματα πάλιν πήξει κεκαττυμένα φορεῖν.* l. *παλίμπηγα* (schol.: *κεκαττυμένα*) cf. Pollux VI 164 *παλίμπηγα δὲ οἱ κωμικοὶ τὰ παλαιὰ καττύματα.* quamquam *παλιμπήξει* teneri potest, si Byzantini figmentum agnoscas. de forma scholiorum in Theophrasti codicibus marginalium cf. infra c. II.

[1]) *αὐτὰ* haud recte a Kaysero mutatum videtur.

[2]) clare hoc elucet ex balbutientis hominis verbis, ut his utar, p. 129, 2 *καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν κτλ.* extremum hoc caput totum epitomatoris inscitia misere turbatum inde a p. 128, 5 *καὶ τοῦτο δ' ἂν* (sic recte AB codices, non *τοῦτ' ἄν.* adverbialem usum posteriorum eatenus, ideo agnosco). genuina hic latere

19. p. 131, 25 *καὶ ταῦτα πάντα* (*καὶ πάντα* B) *διεξιὼν πῶς οἴεσθε* (*οἴεσθαι* AB) *πιθανῶς* (om. A at cf. p. 147, 23) *σχετλιάζει* (*σχετλιάζειν* AB) *λέγων Δυστυχὴς Κάσανδρος.* acquiescunt fere in vulgari scriptura *καὶ ταῦτα ἅμα διεξιών.* sed deest verbum dicendi, unde aptum sit *πῶς οἴεσθε.* quod neque ipsius scriptoris esse neque a *σχετλιάζει* pendere potest. praeterea *πιθανῶς σχετλιάζει* (vel *σχετλιάζειν*) non cohaeret cum prioribus. itaque lacunam aut aliam labem graviorem statuendam esse patet. fortasse *ταῦτα πάντα*, cum omittat *ταῦτα* B, varia est lectio prioris enuntiati *ὃς πάντα ταῦτα οἶδε* (*εἶδε* corr. Nauck), qua inlata genuina expulsa sunt. proxima *ὦ ταλαίπωρος· ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης; ἀλλ' οὖν ἰσχυρὸς γενόμενος κτλ.* plana sunt, etsi a sermone non defendo. nam *ἀλλ' οὖν* tum demum recte adnecteret participium, si quid solacii inesset velut *cecidit at tamen fortiter pugnans*[1]. tale quid etiam Cobetus Mnem. II 43 dictum exspectabat sed *ἰσχυρὸς* aliorsum spectat. nam subit fabulatori fortunae vicissitudinem deplorare: *cecidit Casander, qui tamen praepotens fuisset.* ergo *ἀλλ' οὖν* hic ab attico usu[2]) aliquantum deflexit, quod in Byzantino sane scriptore non miraberis. neque Herwerdeni (vel Auberi) coniectura *ἄλλως ἰσχυρὸς γενόμενος* ullo modo necessaria videtur. nam similiter etiam in proximis peccatum video:

22. p. 132, 1 *καὶ Δεῖ δ' αὐτὸν σὲ μόνον εἰδέναι· πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων.* *προσδεδραμηκέναι* (A) ferri non potest, quoniam infinitivos hic scriptor diu valere iussit. sic librarii reliquorum capiti rationi adsueti saepe errarunt. verbo *προσδεδράμηκε* (B) defendebat Astius *actionem perfectam et adhuc durantem sive continuatam* significari. sed ut haec significatio hic adhiberi possit, quod nego, pugnat cum ea additum *πᾶσι.* Herwerdenus malebat *πᾶσι δ' ⟨ἤδη⟩* et simili sententia ductus Corayus *προδεδράμηκε* refinxerat. at ne sic quidem perfectum magis commendatur. neque iniuria Schneiderus monuit plusquamperfectum adhibendum fuisse *προυδεδραμήκει*, quod ego recipiendum ducerem, si Theophrastus hunc locum scripsisset. nunc manus abstinendae sunt, cum praesertim in eis quae proxime secuntur p. 132, 3 *τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα κτλ.* (meministine prooemii initium?) Byzantini istius tintinnabula diu sint agnita.

22c. p. 132, 4 *οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι.* soloecismum removit Nauckius *πλάττουσι* corrigens, cui una littera propior est *ἀπαλάττουσι* (A). sed pannos istius aretalogi sarcire vix operae pretium est. quare operam ei quoque perdiderunt, qui flosculum extremum reconcinnare studebant *ποίᾳ* (!) *γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ* (!) *δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ* (!) *δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν ἀπαυδᾶν* (!) *ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας; οὕτως καὶ καταπονοῦσι ταῖς ψευδολογίαις.* qui cum Rhedigerano codice *καὶ* omiserunt viri docti, proprietatem quandam abstersisse videntur Byzantini, ut demonstrativis ad comparationis vim augendam addatur *καί.* sic p. 130, 9 *κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν· τοσαῦτα καὶ προσ-*

---

non nego, at noviciis sordibus sunt foede oblita. velut *ἐχῖνος* quid esset ex lexicis (vel scholio) didicit, sed de usu egregie erravit cf. Herwerdenus *Verslagen en mededeelingen der K. Akademie. Amsterdam Afd. Letterk.* II 1 (1871) p. 249. clausulae (p. 129, 15 sqq.) origo etiam aliis subolebat. verborum in altera huius capitis ex priore parte repetitiones molestas notavit Astius.

[1]) velut Attica mulier apud Teletem Stob. flor. 108, 83 p. 51, 19 M. *ἀγγείλαντος αὐτῇ τοῦ κήρυκος ὅτι ὁ υἱὸς ἐν τῇ παρατάξει τετελεύτηκε 'ποῖός τις, φησι 'γενόμενος' "ἀνὴρ ἀγαθός, ὦ μῆτερ".*

[2]) quem illustrant exempla quale Platonicum *εἰ δὲ μηδέν ἐστι τελευτήσαντι, ἀλλ' οὖν τοῦτόν γε* (*γε* Casaubonus etiam Theophrasteo loco intulit) *τὸν χρόνον αὐτὸν τὸν πρὸ τοῦ θανάτου ἧττον τοῖς παροῦσιν ἀηδὴς ἔσομαι ὀδυρόμενος.*

λαλεῖν (sc. *δεινός ἐστι*) *τοῖς παιδοτρίβαις*, ubi *προσλαλῶν*, omisso *καί*. restituebat Needhamus male, sed etiam peiora posteriores, quae sileo. vides duos locos quos compono esse gemellos. itaque *οὕτω καὶ* et *τοσαῦτα καὶ* idem huic scriptori valent quod ceteris *οὕτω δή* et *τοσαῦτα δή*, in quod quidem Petersenius inciderat.

30. p. 134, 6 *οὔτε ἐλάαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ κειμένων* (sic A) *ἀνελέσθαι*. memorabilis est varietas codicis B *χαμαὶ πεπτωκότων*, quod respuit Hanovius I p. VI ut adscriptum explicandi causa ad *κειμένων*. at quis vel infimus et pinguissimus Graeculus hoc *χαμαὶ κειμένων* non cepisset! Cobetus neutrum probat, quo suum ex Lexiphane Luciani arcessitum *χαμαιπετῶν* commendaret cf. Hesych. *χαμαιπετεῖ· ταπεινῷ ἢ χ α μ α ὶ κ ε ι μ έ ν ῳ*[1]). scilicet codicum duplicem memoriam ex coniectura natam esse eorum, qui veterem lectionem *in detrito libro agnoscere non possent. itaque alter*, inquit, *πεπτωκότων dedit alter, quia χαμαὶ πεπτωκέναι pro χαμᾶζε soloecum est, substituit κειμένων*. ignoscam Cobeto *detritum* istum *librum*, quo apud nos abuti vel ei credo desierunt, qui primum ad criticen gradum faciunt. at obsecro quid sibi vult soloecismus? an serio eam structuram (*πίπτειν ἔν τινι*) vitiosam credit, quae antiquitus ut apud Homerum legitima erat et postea ab atticis iuxta vulgarem (*πίπτειν εἴς τι*) aequo iure adhibebatur? accedit quod *χαμαὶ* ipsum ut alia eius generis adverbia ambiguae est naturae ut latinorum *humi*. sed enim tirones hoc sciunt neque hercle Cobetus nescit. ergo suspicor mendum in eius verbis inesse corrigendumque *soloecum esset*. Graeculi sane abhorrebant fere ab hac elegantia[2]), neque mirum est emendatorem illum, cuius variandi pruritum supra descripsi p. 7[3], etiam hic impuras suas manus intulisse. ergo hic quoque est quod codicis B laudemus librarium quod interpolationem reiecit. ceterum addo totum hoc enuntiatum epitomatoris manum passum esse. nam et schema genetivi *τῶν χαμαὶ πεπτωκότων* isti in deliciis est (cf. p. 13) et *φοῖνιξ* palmae pomum in hortis Atheniensibus deciduum a Theophrasto memorari non potuit, etiamsi Herwerdenus defendat immatura poma argute explicans. an in Asia vixit epitomator?

35 b. p. 156, 10 *καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ καὶ εἰπὼν Σαπρόν γε τὸ ἔλαιον*. sic adpositum sententiae habet B, *εἶπεν* (*εν* supra lituram) A absurde. tertius accedit testis in hoc capite Palatinus, qui et ipse mendose exhibet *εἴπερ* cruce adposita. quid igitur verum est? Cobetus ni fallor recte latere *εἴπας* pervidit, quae participii forma extat p. 130, 16 eodem modo in B obscurata, in A falso saltem accentu deformata, quia indicativus *εἶπας* ex p. 129, 24 memoriae inhaeserat.

Vides in septem his dubiis locis paria fere esse utriusque Parisini momenta, ut nihil inde efficiatur, quo universa codicis B praestantia tot testimoniis probata imminuatur. tenendum igitur est AB ex communi exemplari nullo intercedente transcriptos esse, ita ut consensus pro unius auctoritate sit habenda. librarius codicis B aliquanto doctior diligentior prudentior est, codicis A rudior incuriosior temerarius in eligendis lectionibus, quarum optio data erat. ergo ut consentientibus AB antiquam tenemus memoriam, ita discrepantibus ut fidei probatae testem B sequamur, nisi ubi necessitas nos ad inferiorem alterum detrudit.

---

[1]) ecce in ipsa explicatione illud quod glossema excitasse Hanovio videbatur.

[2]) Hippolytus Philosoph. 24, 2 (Doxogr. 573, 6) *ἀκροδρύοις ἀρκούμενοι μηδὲ αὐτὰ τρυγῶντες, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα ἐν τῇ γῇ βαστάζοντες ζῶσιν*. sic *T*, ceteri *εἰς τὴν γῆν* quod recepi, quia illud pro Hippolyti more elegantius dictum videbatur.

II

Responsum dederat Cobetus in Mnemosynes t. VIII p. 34: *omne emendandi praesidium et fundamentum in capitibus XV prioribus esse in duobus Codicibus Parisinis* [AB], *in posterioribus capitibus XV crisin pendere totam a codice Palatino-Vaticano* [P]: *reliquos autem libros ad unum omnes flocci non esse faciendos et criticam rem impedire tantum et quisquiliis nil profuturis onerare.* at nostrates Petersenius et Hanovius parere noluerunt, quia etiam vulgares codices, quos ad viginti quinque numerant, boni aliquid habere ut ex archetypo communi haustos sibi persuaserant. ac Petersenius, qui impigre in hanc turbam se ingurgitavit, in primis Rhedigeranum (R) laudabilem esse asseveravit ideoque tanquam antesignanum ex ista multitudine, quam S significabat, exemit. mihi vero quidquid ex ista plebecula innotuerat pridem aut futtile aut suspectum visum est, ut magis magisque Cobeti iudicium amplecti inciperem. nunc vero cum non Rhedigeranus (R) modo sed etiam Marcianus 513 (M) diligenter collati praesto sint[1]), quod sensu quodam perceperam, etiam probare certissimis argumentis possum: utrumque codicem MR non solum inferiorem esse quam BP, sed ex illis derivatum.

R et M par nobile fratrum si inter se sedulo comparantur, hoc statim elucet quid de emendationibus quas vulgo credunt plebeiorum librorum iudicandum sit. nam cum omnino alter alteri *σύκου* sit *ὁμοιότερος* ut ait Theophrasti *ἄρεσκος*, ubicunque insignis eiusmodi lectio unius tantum auctoritate nititur, manifestam tenes in altero interpolationem. sic p. 123, 23 *σκώψαντι ψυχρῶς* recte traditur. cum imposuerit quibusdam *πικρῶς* quod est in R, bene factum quod antiquum *ψυχρῶς* retinuit gemellus M. sed etiam exemplar, quo utebatur uterque, interpolationibus scatebat, si interpolata fas est ea dicere quae interpretandi causa lector exemplo suo adscripserit. nam talis nobis videtur mutatio p. 124, 15 *καὶ τοῦ δούλου* pro eo quod antiquitas tradit *καὶ τοῦ παιδός*: archetypum suum depinxit religiose M: *καὶ τοῦ* $\overset{\textit{δούλου}}{\textit{παιδός}}$. contra est, ubi M glossema receperit ut p. 124, 8 *ἱκανῶς* (volebat *ἱκανός, δυνατός* R). ecce in *χαμαιδιδασκάλου* nos delatos, ubi pueri quid sit *παῖς* et *δυνατός* discant! sed cum fieri possit ut liber interpolatissimus idem antiquae dotis non plane expers sit, studiose circumspiciendum num praeter ingenium alio emendandi instrumento usus sit corrector. percensebo ad hunc finem tria priora capita, quo recensionis istius natura clarius appareat.

p. 122, 4 *εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι προσποίησις ἐπὶ χεῖρον.* correxit ad vulgarem usum *ἐπὶ τὸ χεῖρον* MR. at analogia *τοῦ ἐπ' ἔλαττον* quod est iuxta *τῷ ἐπὶ τὸ ἔλαττον* antiquam lectionem satis defendit. ceterum cf. Bernays *Zwei Abh. über die arist. Theorie d. Dram.* 162**.

p. 122, 18 *καὶ ἰδὼν φήσει μὴ ἑωρακέναι.* coniecerunt *φῆσαι* MR quod in priore quoque versu restitutum oportebat. at in his nihil concinnitatis quaerendum, cum dimidium fere caput Byzantinus et addendo et variando foede turbaverit, scilicet ut pro urbana Theophrasti descriptione *εἴρωνος*, quam inter Aristotelis definitionem et Aristonis imitationem mediam fuisse suspiceris, immane quoddam pueris suis *μορμολυκεῖον* proponeret. nam profecto ad deterrendum, quod promiserat in prooemio iste aretalogus[2]), Theophrastus non scripserat. itaque feramus *φήσει* (cf.

---

[1]) infra (IV) collatos ambos ad Peterseniauam descripsi, ut ne quis verbis tantum meis confidere cogatur.

[2]) p. 121, 14 *ὑπολαμβάνω γὰρ ὦ Πολύκλεις τοὺς υἱεῖς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων οἷς παραδείγμασι χρώμενοι αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν*

p. 8 inf.) et lenissimis mutationibus contenti simus, velut p. 122, 16 ὡς οὐ πλουτεῖ satis est quamvis Theophrastum sane dedeceat. πωλεῖ enim errore ex v. 17 praeceptum est a librariis.

p. 123, 2 εὑρεῖν ἔστιν οὐ χεῖρον ὄν. egregie emendavit Ussingius ἔστι τοῦ χείρωνος, ut iam appareat vulgarium vanitas: οὐ χεῖρον ἐστιν εὑρεῖν οὐδὲν (R) et οὐ χεῖρον εὑρεῖν ἐστιν (M).

p. 123, 8 ἅμα πορευόμενον non est vulgatae solum sed etiam codicum AB collocatio.

p. 123, 9 ἀποβλέπουσι πρὸς σὲ AB, εἰς σὲ MR, at p. 124, 14 εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων. quare hoc commendavit Cobetus. sed hoc interest, quod ὁ ἀποβλέπων πρός τινα admiratione ducitur et observatione (cf. Plat. Phaedr. 234 D. Rep. IV. 431 B al.), ἀποβλέπειν εἴς τινα est simpliciter *intueri in aliquem*. quare hoc alteri loco, illud priori unice convenit.

p. 123, 14 καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκύδα. recte in MR λέγων coniectum est, quod consummavit Needhami emendatio ἅμα pro ἀλλά.

p. 123, 21 ἄκοντος ferri non potest cf. Petersen. Prol. p. 32. neque credo aliud hic fuisse quam ἀκούοντος codicum.

p. 123, 22 σκώψας τι interpolant MR. nam cum in AB σκῶψαν τί male divisum esset, non coniunxerunt σκώψαντι sed in absurdum inciderunt coniectando.

p. 123, 25 τοὺς ἀπαντῶντας μικρὸν ἐπιστῆναι. μικρὸν mera libidine additum a MR, omissum in AB multo praestat. eodem modo

p. 124, 6 ἀναστρέψας ὅτι προσήγγελκα[1]) ante ὅτι interponunt εἰπεῖν quo nihil opus.

p. 124, 9 καὶ παραμένων (AB) εἰπεῖν Ὡς μαλακῶς ἐσθίεις. haud male coniectum in MR παρακείμενων. at praecedit τῶν ἑστιώντων πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον. quare accubandi sero fieret mentio. idem cadit in παρακειμένῳ, scilicet domino. alii τῷ παρακειμένῳ, convivae, quod alienum est ab hac parasiti descriptione solum dominum intuentis. itaque in παραμένων fieri potest ut aliud lateat. quamquam non laudaverim illud καὶ Πράμνειον εἰπεῖν ὡς μαλακῶς ἥσθησαι (sic), quod acutulus quidam iecit nostratium.

p. 124, 20 πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα ᾧ χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει. ᾧ, quod nuper quoque offensioni fuit, ut in Byzantino ferendum est eo sensu, quem epitome Monacensis expressit. itaque ἃ codicum MR non minus otiosum quam aliae coniecturae noviciae.

p. 125, 11 χθὲς ἤμεσε AB. R ἐχθὲς ἤμεσα ex correctoris emendatione, quam non cepit M cum scripsit ἡ χθὲς ἡμέρα. quamquam etiam aliter hoc explicari potest cf. p. 14[1].

p. 125, 13 δὲ κατ' ἀγροὺς διονύσια omisso articulo MR, sed praeiverunt errorem AB.

p. 125, 17 δεῖ ... ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρευτος βούλεται εἶναι. sic AB, in quibus Needhami silentio decepti extare opinantur ἀπύρετον ex vulgaribus editionibus propagatum. sed ut hoc ineptum ita ἀπύρευτος accommodatum est sententiae pro sermone Byzantini, qui clausulam v. 16—19 addidit. nam ἀπύρευτος etsi alibi extare non memini, nihil dubii habet. πυρεύειν et πυροῦν etsi primitus distant significatione, ut alia eiusdem terminationis promiscuo

---

ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. mire concinit cum hoc loco Galeni q. d. Hist. phil. professio c. 2 (Doxogr. 598). οὐ γὰρ ἐπιδείξεως ἕνεκα προὐστησάμεθα τὴν περὶ τούτων σπουδήν, ἀλλὰ χρηστὰ τὰ ἤθη ποιῆσαι βουληθέντες τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λαβεῖν τι χρήσιμον προεγνωκόσι. at enim ethica non tetigit Galenus, logicis et physicis contentus. eiusdem generis fuit aequalis opinor illis Ioannis Stobaei prooemium, unde excerpsit Photius ἡ δὲ συναγωγὴ αὐτῷ ἔκ τε ποιητῶν καὶ ῥητόρων . . . ἐγένετο . . . ἐπὶ τῷ ῥυθμίσαι καὶ βελτιῶσαι τῷ παιδὶ τὴν φύσιν ἀμαυρότερον ἔχουσαν.

[1]) in libris AB est προσήγγελκας.

usu frequentantur velut *περίττωμα περίττευμα, τρισσεύειν τρισσοῦν, χαλκεύειν χαλκοῦν, πατταλεύειν πατταλοῦν* (cf. p. 145, 1 P), similiter *ἐμπύρευμα ἐμπύρωσις*. itaque *ἀπύρευτος* ut *ἀπύρωτος* recte dicitur *igne nondum correptus, damnum nondum passus*, et otiosa atque adeo inepta sunt commenta codicum R *ἀπείραστος* et M *ἀπέραστος*. ceterum omnia haec mire dicta sunt *παρασείσαντα δὴ δεῖ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρευτος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν.* nempe *παρασείσαντα* flosculum Byzantinus ex Aristotelis Ethicis IV 7. 1123^b 31 *φεύγειν παρασείσαντι*, quod Ussingii causa moneo, transtulit, *διαράμενον* quid sit nescio. nam interpretum artificiis nihil lucramur. neque *φεύγειν* post *ἀνθρώπων* tam incerto loco addendum est. *τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων* est schema epitomatori inter pauca gratum. sic p. 121, 9*[1]) *τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους*, 121, 25* *τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων*, 123, 2* *τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ ἀλλ' ἐπίβουλα*, 128, 3 *Θουριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν*, 134, 6* *ἐλάαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ πεπτωκότων* [cf. p. 10], 152, 4* (in clausula) *πρὸς τοὺς ξένους καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους καὶ ταὐτὰ προαιρουμένους* ac plane similiter p. 151, 6 *ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι.* inde suspicor p. 148, 2 *καὶ προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς τοῖς πωλοῦσι προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν* restituendum esse *τῶν πώλων. in foro equario idoneos pullos empturum se simulat.* certe verisimilius videtur mihi hoc quam Buecheleri *τοῖς πωλεύουσι aptos admissurae.* sed ad c. 3 redeo. *ἔργον* p. 125, 18 similiter dicitur atque *ἐργώδεις* 129, 15 eiusdem originis. *συναρκεῖσθαι* novavit Byzantinus sententiam ni fallor hanc expressurus: *difficile est contentum esse* (sive *esse debere*) *societate* (*συν-*) *hominum severa et iocularia non discernentium.* exposui haec paulo fusius, ut *ἀπύρευτος* a me vindicatum in ista barbari sermonis colluvie non mirum esse demonstrarem.

Sed haec satis sunto. nolo enim quas per tria capita recensui codicum MR correctiunculas longius persequi, cum ne Petersenio quidem valde imposuerint. sed necessarium videbatur qua via corrector ille emendaret, exemplis illustrare. nunc reliqua capita perlustrans intra eos locos me continebo, *quibus genuina servata sit scriptura Rhedigerano, cum perierit in Parisinis*, ut opinatur Petersenius p. 35.

p. 126, 9 *καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὴν θύραν ὑπακοῦσαι αὐτός* (AB). hiat oratio ante *τὴν θύραν*. cum expleant MR post *ἐμβαλεῖν τὴν θύραν τοῦ κόψαντος, certo certius est* Petersenio iudice *eum qui Parisinorum archetypum scripsit eandem quam* R (M) *servavit prae oculis habuisse scripturam, sed in τὴν θύραν verbis deerrasse oculos itaque quae dixi omisisse eum.* certum est, ut dixi, hiare Parisinos inter *ἐμβαλεῖν* et *τὴν θύραν* atque veri simile est in quod quilibet incidisset *καὶ κόψαντος* recte suppletum esse. at illud credo certo certius est *τὴν θύραν* post *ἐμβαλεῖν* additum ineptissimi capitis esse inventum, quod ego ne correctori quidem MR deberi dico. qui margini opinor adscripsit coniecturam suam *καὶ κόψαντος τὴν θύραν*, quae verba MR oscitanter inseruerunt post *τὴν θύραν*. itaque quod certissimum antiquae memoriae testimonium existimabat Petersenius, id ipsa repetitione verborum in manifestum convertitur noviciae originis indicium. quam ob rem ut nunc res est, recipiendum nobis *καὶ κόψαντος* felici coniectura suppletum, at nihil aliud neque addendum neque mutandum. acumen enim loci in eo cernitur, quod prandium homo rusticus cum iumentis suis dividat. ergo ex *ἀριστῶν*

---

[1]) asterisco designo locos quos etiam aliunde ab epitomatore scriptos esse constat.

facile audias *τὸ ἄριστον*, quo minime addito opus est. sic locum rectissime explicavit M. H. E. Meierus *Opusc. acad.* II 199.

Alterum exemplum Peterseuius p. 35 proposuit c. 1 p. 123, 3 *φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.* AB *ἢ οὓς ἔχεις* stolidissime, quod facile emendabant MR *τοὺς ἔχεις.* sed non est huius correctoris meritum, cum praeiverit Parisini B corrector.

Tertium antiquitatis vestigium in R relictum esse credunt p. 133, 6 *καὶ τοὺς υἱεῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν*, cum *υἱεῖς* ante *εἰς* aut obscuratum aut omissum sit in AB (cf. sub n. 27 p. 6). hic sua laus correctori vulgari debetur, quamquam non multi erat laboris supplere, cum paedagogus in proximis commemoretur. at antiquam agnovit Petersenius lectionem. quare commode factum quod in M candide post *υἱεῖς* servatum est *ἴσως* sollemne illud coniecturarum signum. i nunc et antiquas rimare in libris vulgaribus lectiones!

Quartum locum eumque gravissimum p. 131, 25 *καὶ ταῦτα πάντα διεξιὼν* supra tetigi. tritum est in his notationibus *καὶ ταῦτα ἅμα λέγων* (cf. p. 123, 14 supra p. 12). pronum igitur erat hic quoque *ταῦθ' ἅμα διεξιὼν* ad formulam revocare. quod fecerunt MR, rectene an secus, non diiudico cf. p. 9. utut res sese habet, satis moniti sumus, ne coniecturam pro certa memoria amplexemur.

Igitur quoniam antiquitatis in MR vestigia in auras dilapsa sunt, nihil profecto causae est, cur aliam praeter AB memoriam extitisse olim existimemus; sed ne in negando tantummodo me contineam, ex ipsa Parisinorum natura quam non sint illi sui iuris demonstrabo. quoniam B principem esse, A inferiorem et paucis locis, sed tamen paucis, propiorem esse ad vetus exemplar supra demonstravi, si quid proprii antiquitus plebeii servarent, ubi fallitur B, huius societate deserta in altera castra eos transire consentaneum esset. quod secus est. nam ut omnino quae propria sunt codicis B vel minima anxie imitantur (cf. p. 129, 22. 134, 10), nisi ubi corrector grassatus est, ita vitia eius vel apertissima aut propagant aut proficiscuntur inde emendaturi (cf. e. g. p. 126, 15. 129, 7. 130, 16. 131, 22[1]).

Ita paulatim eo progressi sumus, ut descriptos MR ex B dicamus. neque desunt argumenta extrinsecus petita, quibus rem profligem brevissime.

p. 125, 7 *εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ πλεῖον, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι.* adnotant *πλεῖον* receptum esse ex A, omissum illud a BRS. etiam Cobetus Mnem. II 36 *πλεῖον* deesse in B testatur, is scilicet qui utrumque codicem *summa diligentia* contulisse se dicit. at extat *πλεῖον* in B in f. 290ᵛ imo, sed oblitteratum evolventium olim manibus et obscuratum colore ex opposito folio transducto. quod caelo sereno saepe in codice agnoveram, id postea quam in Cobeti testimonium incidi, ne ipse alucinatus esse viderer, M. Bonnetum amicum promptissimum et oculatissimum adii ut recognosceret. qui caelo obscurissimo *πλεῖ* dilucide apparere, *ον* tamen compendio scriptum tum se legere non posse rescripsit. actum est. vulgatae librarii voculam obscuratam velut talpae praeterierunt, secuti sunt Clerici et qui postea codicem *cum pulvisculo* excusserunt[2]).

---

[1]) nolo diffiteri in M apparere vestigia quaedam codicis A velut p. 121, 4. 123, 21. 21. 125, 11. 137, 22. etiam R consentit p. 123, 21. 136, 20. 137, 22. cum praeter 136, 20 quod etiam coniectura inveniri potuit, omnia levia atque adeo absurda sint, apparet haec in margine a correctore ut variae lectionis exempla proposita fuisse, ducta illa ex eis vulgatae codicibus, qui ex A descripti sunt. sed de his parum constat cf. Petersen p. 53.

[2]) Cobetus oculis falso confisus etiam ratione *πλεῖον* melius abesse demonstrabat. nam importunum et molestum esse, quod nihil ad rem faceret. at *πλεῖον* optime positum esse et respondere proximo comparativo *βελτίω*

Aliud indicium accedit ex scholiis quae in B f. 291ʳ adscripta hodie partim oblitterata ac venenis nuper (a Duebnero puto) temptata male fuscata sunt. tamen oculis intentis haec adgnovi, quorum quae hodieque clariora sunt distentis litteris significavi.

I ad p. 128, 2 *τίτυρον:* *Δωριεῖς τὸν σάτυρον. καὶ*
ἔστι δὲ ὁ μικρὰν ἔχων οὐρὰν
πίθηκος ῥωνος (*ι* super *ρ* compendium *αν* videtur)
λορησις εκλ-μ (*εκενλαμενος??*)

II ad p. 128, 3 *Θουριακάς:* *ἔθνος ϊ . . ν ἐν ὧ λή*
κυθοι διαφέρωσαι
τῶν ἄλλων ἐργάζονται.

III ad p. 128, 16 *κόρδακα:* *εἶδος αἰσχρᾶς καὶ ἀ*
πρεποῦς ὀρχήσεως.

IV ad p. 129, 8 *ἐχῖνον:* *σκεῦος χαλκοῦν ἐστι*
τῆς δικαστικῆς τρα
πέζης. ἐν ὧ τὰ
γράμματα εἶτουν τὰς
ψήφους ἀπετίθεσαν.

Haec ex aliorum scholiorum penu ut fiebat deprompta sunt. velut I ex Theocriti scholiis p. 133 Ahrens. *τὸ τίτυρος ἢ ὄνομα ποιμένος ἐστὶν ὡς σάτυρος ἢ τίτυρος ὁ πίθηκος τουτέστιν ὁ τράγος ὁ μικρὰν ἔχων οὐράν.* II aliunde non novi. III ex Demosthenis scholiis (Dem. ed. Dindorf. Ox. 1851 t. VIII p. 98, 12) *κορδακισμὸς εἶδος ὀρχήσεως ἀπρεποῦς.* IV ex Aristophaneis petitum videtur Vesp. 1436 p. 166 ᵇ8 Duebn. *ἐχῖνος] ἄγγος τι χαλκοῦν καὶ ἐκ κεράμου εἰς ὃ καθιᾶσιν οἱ διαιτηταὶ τὰ γραμματεῖα τῶν μαρτυριῶν κτλ.* ex B deinde in apographa transierunt, sed ea tantum quae facile etiamtum legi poterant. ergo plerique ut MR postremo contenti fuerunt, cuius temporum decursu nihil fere oblitteratum est. non nulli vulgares ut Parisini CD (Needh.) primi aliquot verba perspicua et tertii servarunt, *ἰ(τα)λί(ας)* autem quod in evanida post *ἔθνος* voce latere conicias, omisere. hinc elucet iam eo tempore, quo vulgati deducti sunt, codicis B speciem haud diversam fuisse ab hodierna.

Ergo demonstratum est non solum eos vulgares codices (qui plurimi sunt), qui numero 15 capitum aequant Parisinos, hinc descriptos esse, id quod etiam Petersenio probatur p. 28, sed etiam MR qui sunt 28 capitum in priore parte pendere ex B. similiter de altera parte, quae convenit cum Palatino P, statuendum esse postea apparebit. omnino tenendum est MR et qui cum illis conspirant futtiles et vulgares codices ex testium loco removendos esse, audiendos autem sicubi recte quid emendasse videantur[1]).

---

diu observatum. cui bono ille Aristophaneum attulerit *δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἄττα μή 'στι πρῷα ὕδωρ γενέσθαι*, non satis perspicio. si posse abesse *πλεῖον* docturus erat, exemplis vix opus erat. sin attici *ὕδωρ ποιεῖν* simpliciter dixisse: en duo exempla contraria unum Aristophanis Vesp. 260 *κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι*, alterum Theophrasti ipsius De caus. plant. I 20, 3 *καὶ ἐὰν γε δὴ πλείω ποιῇ ὕδατα* cf. H. Plant. IV 7, 2.

[1]) eiusmodi locos antea commemoravi (sub n. 31c p. 7[2]) et ubi tria priora capita percensui. reliqua Peter-

III

Praeter codices vulgares Epitomen Monacensem characteras 21 exhibentem ex antiquo et integro libro originem duxisse consentiunt. exposita quidem est [illegible] audacia genuinam Theophrasti formam in istis excerptis servari arrogantis. at haesit nescio quo pacto opinio singularis praestantiae fuisse eum librum, cuius umbram referret Monacensis. cum vero hanc epitomen Monaco mihi liberaliter transmissam ipse manibus tractarem, [illegible] quam hic quoque liber bis editus et a Christio recognitus saepe legentium [illegible] ut *καὶ τοιαῦτα Θήρινον* ederent quod clarissime scriptum est *καὶ τὰ ἀναθέματα* [illegible] a me impetrare poteram, ut novicias illas chartas tanto honore dignas ducerem. [illegible] editores, qui nescio quid pristini decoris per laceros pannos pellucere autumant, quam mihi fere novi inde prodeat mirantur. nimirum nata est haec opinio ex alterius recensionis vano commento. ut enim alterius partis praeter uberiorem libellum, cuius testis est Palatinus P, epitomen breviorem in vulgaribus propagari vident, ita priorum capp. praeter recensionem breviorem in ABMRS traditam simul ampliorem ac si dis placet genuinam circumlatam esse existimant. quae opinio nititur diversa utriusque partis specie. nam priora sane decurtata ac vitiata sunt ut prae Palatini virtute sordeant. sed epitomandi ratio diversa est in priore parte a vulgarium excerptis posterioris. illic scriptor ad ossa usque deformatur (cf. quae Hanow I p. VI colligere coeperat) et sermo novicius usque quaque effusus est. hic vulgares breviandi solo studio correpti sermonem praeter menda levitate commissa non attrectaverunt. itaque concinnatoris ratio diversa est in utraque parte neque ullo modo cohaeret cum bipartita characterum propagatione, quam fortunae deberi veri simile mihi videtur. P incipit a c. 16 superscripto titulo *ἀπὸ τῶν τοῦ Θεοφράστου*

